



G. J. num. 4. 126

Felicitèr!

DISPUTATIO JURIDICA

1665, 38

De

CHIROGRAPHO,

26

Quam

Supremo Numine adspirante

Magnifico Jctorum Collegio adprobante

IN INLUSTRISALANA

PRÆSIDENTE

VIRO

PRÆ-NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSUL-
TISSIMO, ATQVE EXCELLENTISSIMO

DN. ERNESTO FRIDERICO

Schrötern/Hereditario in Wiskerstadt/ Jcto &
Prof. Publ. celebratissimo, Consiliario Saxon. gravissimo,
Curia Provincial., Scabinatus, & Facultat. Jurid. Adses-
fore eminentissimo.

Patrono & DOCTORE suo æviterno observantia
& honoris cultu devenerando.

Publico Eruditorum examini submittes

AUTOR

THOMAS - Siegfried Ring/

Brigã Siles.

In Athenæo JCTORUM

d. 29. Mart. A. M. DC. LXV.

JENÆ,

Typis JOHANNIS WERTHERI.





SERENISSIMO. CELSISSIMO^q
PRINCIPI. ac DOMINO

DN. GEORGIO
VVILHELMO,

DUCI, SILESIAE. LIGNICENSI, BRI-
GENSI. ET VVOLA VIENSI &c. &c.
PRINCIPI. ac. DOMINO. SUO. CLEMENTISSIMO

Itemq

ILLUSTRISSIMO. GENEROSISSIMO^q
COMITI. ac. DOMINO

DN. CHRISTIANO
AUGUSTO,

COMITI. DE. Siegnis. DOMINO
HEREDITARIO. DOMINATUM. Can-
tersdorff. Neudorff. Kurtwiz. Rudelsdorff &
Zonsdorff. &c. &c.

COMITI. ac DOMINO. SUO. GRATIOSISSIMO

*Hoc Exercitium Academicum
Subjectionem & Humilitatem suam
sacraturus*

*Ad pedes subjectissime &
humillime deponit.*

AUTOR,

3.
SERENISSIME CELSISSIME
PRINCEPS ac DOMINE
DOMINE CLEMENTISSIME

Item
ILLUSTRISSIME GENEROSISSIME
COMES ac DOMINE
DOMINE GRATIOSISSIME

Clementia & gratia insignes, quas mundus in VOBIS miratur & deprædicat ubiq; , ruborem meum extinguunt, quo aliàs justissimè perfunderer, SACRIS NOMINIBUS VESTRIS Disputationem hanc meam dedicando: Fateor. Vile est quod offero, verum non hoc, sed ex quo id substantiam capit, ANIMUM SUBJECTISSIMUM & HUMILLIMUM. QUEM QUÆSO CLEMENTISSIME & GRATIOSISSIME
ME

ME INTUEAMINI. DII ESTIS. QUIA
MAGISTRATUS. Hinc VOS in hoc natu-
ram SUPREMI illius NUMINIS imitatu-
ros auguror. Non respicit illud quo thure, quibus
hostiis colatur, sed quâ mente. Hujus ego
THRONUM SANCTISSIMUM sinceriore a-
nimo supplex accedo, vota ardentia fundens,
uti SERENISS. CELSITUDINEM, ILLU-
STRISS. q; GENEROSIT. VESTR. OMNI-
BUS VIRTUTIBUS HEROICIS, INCOLUMITATE
PERENNI, LONGÆVITATE INCOLUMI, PACE, O-
MNIQ; BEATITUDINE, DECORET, SOSPITET, BE-
ET, AFFICIAT UBERTIM.

SERENISS. CELSITUD.
ILLUSTRISS. q; GENEROSIT.

VV.

SUBJECTISSIMUS &
HUMILLIMUS,

SERVUS &
CLIENS

THOMAS-Siegfried King.



PROŒMIUM.

Ubi Christus fundamentum est, bonorum quoque
operum sequitur ædificium.

c. 26. c. 1. qu. 1.

Necultum erat solum, inculti homi-
nes & vagabundi per sylvas & nemora,
antequam civitates, collegia, cæte-
ræque societates initia sua sumpsere.
Suâ quisque vivebat lege. Quisque si-
bi Rex & lex. Nulla tunc conversa-
tio erat, nullæ conjunctiones animorum. Cùm au-
tem animadverterent gentes, tædiosam, quin imò in-
dignam homine hanc vivendi conditionem esse,
mansiones sibi exstruebant, & ob jugum, quod ipsis
potentiores subindè inferre conabantur, cœperunt sa-
pere, societates paulò arctius inire, libertatemq; , quâ
nil æstimabilius est, pro virili propugnare. Ut autem
eò commodius vitam agerent, jura quædam etiam sibi
constituerunt, & contractus v. g. emtionem vendi-
tionem, locationem conductionem, societatem, de-
positum, mutuum & alios innumerabiles, usu eos ipsis
definiendo, excogitarunt. §. 2. *Inst. de jur. nat. gent. &*
civ. Viderunt scilicet, absque his nullam inter ho-
mines existere posse vivendi commoditatem. Si
enim contractus è vitâ civili sumseris, furta, ra-
pinæ, peculatus, parricidia, stellionatus abundè
erunt, imò vitam ipsam civilem eversum ibis.

A 3

Emi-

Eminet inter hos maximè contractus mutui, is utilitate quotidianâ reliquis contractibus palmam præripere videtur. Est autem mutuum contractus re initus, quo quantitas datur eâ lege, ut res non in specie, sed in genere restituatur, ejusdem bonitatis & quantitatis. *in pr. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. 2. ff. de reb. cred.* Cœterum ut hic contractus rectè ineatur, desideratur quantitas, h. e. res quæ pondere, numero & mensurâ constat. *d. pr. Inst. sc. eâ, quæ in genere suo functionem recipit, ut una pro alterâ, commodè, citrà ullius præjudicium, solvi possit. l. 2. §. 1. ff. de reb. cred.* Ad hunc contractum confirmandum, solet ut plurimum privata scriptura, quæ chirographum dicitur, erigi, quod sit, non quasi contrahentes, erigendo chirographum, contractum celebratum velint, sed ad probationem contractus antè celebrati. Chirographum enim contractum non constituit, sed constitutum probat. *arg. l. 26. §. fin. ff. de pos. l. 5. C. de transact.* De hoc Chirographo, cum ejus usus hodiè frequentissimus & maximus sit, mihi in præsens differere propositum est. Priusquam autem primam manum labori imponam, vires à supremo illo Numine ardentissimis votis expero. Sicut enim vires nullæ suprâ illud, sic nullæ nisi ab illo,

CAPUT I.
DE CHIROGRAPHI
ETYMOLOGIA, SYNONY-
MIA, HOMONYMIA.

Non dantur vana & sine viribus nomina. Significandarum namque rerum gratiâ imposita sunt. *arg.*

arg. §. 29. Inst. d. legat. Hinc de iis, de re differere ipsa
est. Studet quippe Imperator consequentia nomi-
na rebus assignare. §. 3. Inst. de donat. Tametsi au-
tem nomen saltem superficialiter tangere rei essen-
tiam soleat, è re tamen esse, testatur Ulpianus, prius-
quam interpretatio ipsius nominis inchoetur, de signi-
ficatione ejus pauca præmittere. l. 1. ff. de reb. cred. &
derivationem exponere. l. 1. ff. d. 7. & 7. Parebimus

eidem. Est itaque **Chirographum** vox græca, de-
rivata $\chi\epsilon\iota\rho\gamma\rho\alpha\mu$ & $\tau\epsilon\lambda\epsilon\gamma\rho\alpha\phi\epsilon\upsilon$, qs. manu scriptum,
Germ. eine Handschrift.

Inde *ll.* non incongruâ circumscriptione, deri-
vationi huic subscribunt haud rarenter. Appellatur
namque Chirographum in *N. 49. c. 2.* Propriæ ma-
nûs scriptura. In *l. 15. ff. de probat.* emissâ manus, &
passim.

Varietas appellationis Chirographi tam copiosa
est, uti fermè quævis lex, de eo differens, aliud subindè
adtingat nomen. Videbimus nos eas appellationes,
quas, studiosius inquirendo, reperire licuit. Dicitur
Nomen. *Inst. d. liter. oblig. l. 13. §. 1. l. 16. l. 35. ff. de ad-
ministr. Tut. l. ult. C. de pact. conv. Idiôχειρῶν. l. 11. C. qui
pot. in pign. Instrumentum. l. 26. §. 1. ff. d. pign. l. 41. §.
2. in fin. ff. d. usur. l. 27. §. 1. ff. de furt. l. 21. C. de fid. instr.
l. 14. C. si cert. pet. l. 14. §. 1. C. de non num. pecun. N. 73.
c. 7. §. 1. Mutui instrumentum. *auth. si quis C. qui pot.
in pign. N. 73. c. 2. Chartula. l. 20. C. de fid. instr. l. 13. C.
de donat. Charta. N. 44. pref. Tabulæ. l. 28. ff. d. m. c.
donat. l. 27. pr. ff. d. furt. Tabulæ obligationis. l. 6. C.
d. fidejuss. Obligatio. c. 2. X. d. confess. Cautio. l. 2. §. 1.
ff. d. pact. l. 40. pr. ff. d. minor. l. 40. pr. ff. d. reb. cred.
l. 27. pr. ff. de furt. l. 2. C. si adv. creditor. N. 72. c. 1. N. 138.**

in

4.

3.

4.

Etymolo-
gia.

5.

6.

Synony-
mia.



in f. c. 14. X. d. fid. in ser. Securitas. l. 14. §. 1. C. d. non
 num. pecun. Confessio. l. 36. §. 2. C. d. donat. Documen-
 tum. l. fin. C. de probat. auth. si quis C. qui pot. in pign. N. 49.
 c. 2. §. 1. Epistola l. 77. ff. d. R. V. l. 47. §. 1. ff. d. pact. l.
 24. l. fin. ff. d. pecun. constit. l. 34. §. 1. ff. d. pign. Syngtapha.
 N. 121. c. 1. & 2. in fin. Litteræ. l. 134. §. 2. ff. d. V. O.
 Scriptura. l. II. C. qui pot. in pign. Obvii sunt plures
 textus, sufficiant nobis hi.

7. Hujus tam numerosæ nuncupationis, multiplex
 Chirographi consideratio autor est. Quam eviden-
 tius hic exponere curabimus sedulo, quamvis non sa-
 tis philosophicè. Nec enim scrupulositate inani, vim
 8. legum eludere, nobis animus est. Consideratur Chi-
 rographum vel generalissimè, vel generalitèr, vel
 specialitèr, vel specialissimè.

Homony-
 mia.

9. Generalissimè denotat scripturam quamcunq;
 quæ manu propriâ editur. c. 2. vers. & licet. distinct.
 22. Ibi Paulus Apostol. dicitur polliceri Romanis
 proprio chirographo (n. e. propriâ manu) se me-
 moriam eorum semper facturum in orationibus suis.
 ex Epist. ad Rom. 1. Sic in l. 30. ff. de Testam. dicitur,
 quòd singuli Testes proprio chirographo adnotare
 debeant, qui sint, & cujus Testamentum signârint.

10. Generalitèr consideratum Chirographum, si-
 gnificat scripturam, quæ in quocunq; negotio & con-
 tractu, majoris securitatis & probationis ergò interce-
 dit. l. 47. §. 1. ff. de pact. l. 41. pr. ff. ad L. Aquil. l. 9. §. 3.
 ff. d. jur. dot. l. 3. §. 3. ff. d. jure fisci.

11. Specialitèr acceptum chirographum, est scriptu-
 ra debiti vel soluti certitudinem continens. Et in
 hâc significatione appellatur Aponcha & Antapochâ
 chiro-

chirographum. *l. 17. C. si cert. pet. l. 52. pr. ff. d. act. emt.*
& *vend. ibique Godofr. in not. ad verb. chirographa.*
Siceriam consideratur in *l. 20. C. de fid. instr.*

Hoc jam est vel Obligatorium, vel Liberato- 12.
rium. vid. Magnif. Dn. Struve Jct. cujus laudis &
orbis finis idem erit, Patronus & Præceptor meus
singulari observantiæ & honoris cultu colendis.
Syntagm. Jurispr. Ex. 28. §. 23.

Liberatorium est Apocha & Antapocha. Obliga- 13.
torium est Chirographum specialissimè ita conside-
ratum. De hoc loquuntur *l. 41. §. 2. ff. d. usur. l. 26. §. 1.*
ff. d. pign. l. 44. §. 5. l. 84. §. 7. ff. d. leg. 1. l. 3. §. 1. ff. d. li-
berat. leg. l. 18. §. 2. l. 28. ff. d. m. c. donat. l. 14. l. 15. l.
fin. C. d. solut. l. 40. ff. ad L. Aquil. l. 24. ff. d. probat. l. 17.
C. si cert. pet. l. 23. ff. ad L. Cornel. de fals. & plurimæ
aliæ leges, quas omnes evolvisse, non videbatur o-
peræ pretium.

Ex hoc nascitur contractus Chirographarius, 14.
nondum numeratâ pecuniâ. Supponitur enim
semper in contractu hoc, pecuniam non esse nume-
ratam. Nobilis. Dn. Hahn. *in obs. ad VVes. d. reb. cred.*
n. 9. Et hoc quis, dando chirographum, ad rem 15.
solvendam, quam se accepisse scripsit, obligatur.
Magnif. Dn. Struv. *Ex. 16. §. 42.* De hâc posteriori 16.
acceptatione chirographi nobis in præsentiarum dis-
serere propositum est.

CAP. II.

DE DEFINITIONE.

Chirographum specialissimè sic considera- 1.
tum est instrumentum privatum, quo Debitor fa-
retur,

retur, quid, quantum, & ex quâ causâ Credito-
ri suo debeat.

2. Requisite hæc singula explicabimus in seqq. capp.
3. III. IV. & V. In hoc significato distinguitur ab APOCHÂ sive Quietantiâ, quæ est scriptura continens confessionem Creditoris, quâ solutionem fatetur Creditor. *l. 14. §. 2. C. d. non num. pecun.* Carpz. *p. 2. const. 29. def. 19. n. 1.* Magnif. Dn. Brunnem. Jct. in almâ Viadrinâ Excelsus, nuper Patronus & Præceptor meus admirandus *ad l. 14. C. d. solut.* Et sic hæc non contractum, sed solum probat debitum. *l. fin. §. 2. ff. d. condict. indeb.* Distinguitur etiam ab Antapochâ, quæ est professio pecuniæ solutæ, quæ datur Creditori à Debitore. *l. 19. C. de fid. instr.* vid. Magnif. Dn. Brunnem. *ad h. l.* Hæc etiam tantum solum debitum probat. Eo autem differt ab APOCHÂ, quòd hanc Debitor conficiat, illam Creditor. Magnif. noster Dn. Struv. *d. Ex. 28. §. 23.* Apocha solventi, Antapocha recipienti datur. Godofr. *in not. ad d. l. fin. §. 2. ff. d. condict. indeb.* Plura de his dicere, non est nostri operis.
- 4.
- 5.
- 6.

CAP. III.

DE CAUSA EFFICIENTE
ET SUBJECTO.

- # Conficit chirographum nostrum Debitor. *l. 40. pr. ff. d. minor. l. 26. §. 1. ff. d. pign.* aut alius ejus nomine, eo consentiente & subscribente. Quod enim quis facit per alium, perindè est ac si per seipsum faciat. *c. qui facit x. d. R. I. in 6to. l. 60. ff. d. R. I.* Et quidem conscribit chirographum Debitor, vel proprio motu, vel cogente Creditore. Pro-
- 2.
- 3.

Proprio motu conficit chirographum ab int- 4
 tio contractus, aut pecuniâ verè numeratâ, aut spe
 futura numerationis. Numeratâ pecuniâ obli- 5
 gatur Debitor ex contractu mutui, non condicti-
 one certi, juxtâ Dd. comm. sed actione mutui.
l. s. C. quib. non obj. long. temp. prescr. Nulla enim 6
 sufficiens ratio reddi potest, cur ex mutuo non debe-
 at dari specialis actio ex ipso nomine denominata. Ad- 7
 hæc etiam compertum est, quòd tùm demum de-
 scendendum sit ad generale aliquod actionis nomen,
 cum proprium aut speciale inveniri non potest. *l. 1. pr.*
ff. d. prescr. verb. Jam autem in contractu mutui
 nomen satis clarum est. vid. Prænobilissimus Dn.
 Præses, Patronus & Præceptor meus devoto ho-
 noris, amoris, & observantiæ cultu æternùm pro-
 sequendus. *in not. ad Sutholt. Dissert. 13. aphor. 24. Ma-* 8
gnif. Dn. Brunnem. ad d. l. s. C. qu. non obj. Spe fu-
 turæ numerationis si debitor conficiat chirogra-
 phum, obligatur ex cōtractu chirographario, acti-
 one chirographariâ, ob *n. 6. & 7. alleg. rationes, sic*
etiam sentit Nobiliss. Dn. Hahn. obs. ad. Vves. de reb. 9
cred. n. 9. quæ obligatio quoad actum primum sta-
 tùm oritur, non ex mutuo, (res enim non interve- 10
 nit) sed ex literis. Dn. Hahn. *d. l.* Obligatio autem
 seu actio illa eliditur exceptione non numeratæ
 pecuniæ. §. 2. *Instit. d. except. t. t. C. d. non num. pec.*
 Præ-Nobiliss. Dn. Præses *in not. ad Sutholt. Diss. 14.*
aph. 67. quâ quidem confessionem factam non negat
 Debitor, sed pecuniam non esse verè numeratam di-
 cit. Magnif. Dn. Richter. *Jct. toto orbe celebratiss.*
 B 2 simus



simus, Comes Palat. Caesar. P. P. Consil. Saxon. Facult. Jurid. Ordinarius &c. Dn., Patronus & Præceptor
11. meus sanctè devenerandus. *Decis. 21. n. 8.* Et hæc exceptio intrà biennium continuum est opponenda. *Inst. d. lit. oblig. in fin. l. 14. pr. C. d. non num. pecun.* eâque sic oppositâ, numeratio est probâda à Creditore. *l. 3. l. 10. l. 14. C. d. non num. pecun. Carpz. in Proc. T. 22.*
12. *art. 3. n. 66.* Magnif. Dn. Richter: *decis. 21. n. 9.* Quamvis si sese ad probandum offerat Debitor, pecuniam non esse numeratam, nihilominus exceptio hæc elapso biennio profitur eidem. *l. 13. C. d. t. cum aliâs Reo exceptiones perpetuò competant. l. 5. §. ult. ff. d. dol. mal. & met. except.* sic autem, cum in se suscipit onus probandi Debitor, exuit exceptio hæc naturam suam privilegiatam, aliarumq; exceptionum naturam induit. Dn. Carpz. *p. 1. c. 32. d. 66. n. 13.* Magnif. Dn. Richter. *decis. 21. n. 13.* Magnif. D. Struv. *Ex. 18. §. 50.* Magnif. Dn. Brunnem. *ad. l. 13. C. d. t.* Dn. Ungepaur. *p. m. Ex. 11. qu. 2.* Beat. Dn. Ludvvel. *in Comm. Inst. d. lit. oblig. n. 6.* Schneidev. *Inst. d. lit. oblig. n. 7.* Sutholt. *Diss. 14. aphor. 68.* Scotan. *Disp. 29. n. 25.* Schultz. *ad Inst. d. lit. oblig. lit. (a.) Bocer. class. 2. Disp. 14. n. 104.* Non obft. *t. t. Inst. d. lit. oblig. l. 9. l. 14. C. d. non num. pecun.* quas videbimus in conflictu.

13. Non solùm Creditori agenti ex chirographo exceptionem hanc potest opponere Debitor, sed tacente etiam Creditore instar actionis eam proponere, conditione sine causâ chirographum repetere, vel protestari potest, non esse verè numeratam pecuniam. *l. 3. l. 7. C. d. t. l. fin. C. d. condict. ex lege.* Magnif. Dn. Struv. *d. Ex. 16. §. 47.* Dn. Hahn. *in. obs. ad VVes. d. cond. sine caus. n. 2.* B. Dn. Ludvvel. *Inst. d. lit. Oblig.*

oblig. n. 5. Oldendorp. *class. 4. act. 3. p. m. 614.* Nec 14.
 hæc exceptio tollitur, si Debitor in chirographo re-
 nuntiet eidem. Carpz. *in Proc. T. 22. a. 3. n. 60.* Magnif.
 Dn. Richter. *d. dec. 21. n. 21.* Magnif Dn. Struv. *d. Ex.*
16. 0. 53. Magnif. Dn. Brunnem. *ad l. 3. C. d. non. num.*
pecun. Schneidevv. *Inst. d. lit. oblig. n. 10.* Schultz. *Inst.*
d. lit. oblig. lit. (a.) Coler. d. Proces. execut. p. 1. cap. 10. n.
230. Zanger. *d. except. p. 3. c. 26. n. 90.* Quo modo 15.
 enim Debitor inducitur ad confitendum pecuniam
 esse numeratam, sic quoq; faciliè persuadetur ad re-
 nuntiandum exceptioni, uti faciendo cautionem, qua-
 lem exigit creditor, eò prionorem ad mutuandum
 efficiat eundem. Magnif. Dn. Struv. *d. l. Schneidevv.*
d. l.

Dixi *n. 4.* quòd proprio motu Debitor chirogra-
 phum conficiat. Invitus etiam aliquando cogi 16.
 potest, uti chirographum decentè conscribat. *arg. l.*
31. pr. ff. d. reb. aut. jud. poss. l. 41. ff. d. judic. l. 121. ff. d. V.
o. l. 26. C. d. liber. caus. Quamvis autem *l. h. l. 26. C.*
 Dd. quidam restringant ad libertatem, rectius tamen
 ad omnia negotia extenditur. Magnif. Dn. Brunne-
 man. JCr. Conscientiosissimus *ad. h. l.* Non obst. *d.*
l. 41. ff. d. judic. quæ de b. f. judiciis tantum loqui vi-
 detur. Parco enim informationi Præ Nobilissimi 17.
 Dn. Præsidis, quam hîc expetere ausus sum, & re-
 spondeo cum Bart. *ad h. l. 41.* hîc saltim exempli loco
 factam esse mentionem b. f. judiciorum & non exclu-
 di stricti juris judicia. *d. l. 31. pr. ff. d. reb. aut. jud. poss.*
 Imprimis cum & ratio, ob quam cautio exigitur sit 18.
 generalis & ad utraq; judicia applicari possit. Pro-
 cedit hoc si debitum pendeat ex conditione, aut in
 diem certum suspensum sit. Non autem si purè sit

B 3 con.



- contractum. Hoc enim confestim peti potest. *l. 41. §. 1. ff. d. V. O. l. 14. ff. d. R. I.* Nihil etiam occurrit, quod petitionem hanc impedire possit. Cessit enim & venit dies debendi, ut loquitur *l. Ct. in l. 213. ff. d. V. S.*
19. Nec tamen Creditor illicò cum sacco debitorem adire debet. *l. 105. ff. d. solut.* Modicum enim tempus debitori indulgendum est, & non minus decem dierum. *arg. l. 21. §. 1. ff. d. pecun. constit.* Quamvis id moderationi & arbitrio discreti iudicis soleat relinqui, cum nullum certum tempus hanc de re in Jure sit definitum. *Carpz. p. 2. c. 28. d. 19. n. 2. Alciat. ad d. l. 41. §. 1. ff. d. V. O. Menoch. d. A. I. Q. lib. 2. cent. 1. cas. 12. n. 4. cas. 27. n. 3. 4. 5.*
20. Porro etiam debitor ad confectionem Chirographi cogi potest, si chirographum sit vetustate corruptum. *c. fin. x. d. fid. instr. arg. N. I. pref. §. 1. dummodò legi possit, & careat vitio.* Deinde etiam idem obtinet, si perditum sit. Eo autem casu probari debet per testes tenor chirographi, & quòd fuerit absq; vitio. *arg. c. 12. x. d. privileg. l. 57. ff. d. administr. Tut. Personæ enim, quia non minus instruere possunt, quàm instrumenta. l. 99. §. 1. ff. d. V. S. in probationibus instrumentorum loco habentur. l. 1. ff. de fid. instr.*
21. Nec nocet hic Testes esse servos, *l. 34. ff. d. administr. Tut. d. l. 99. §. 2. ff. d. V. S.* Licet aliàs servi à Testimonio arceantur. *l. 8. l. 11. C. d. Testib.* In causâ tamen commissi adulterii, fraudati censûs, & crimine læsæ Majestatis, interrogari. *l. 1. C. d. quest. quin imò torqueri etiam possunt. l. ult. §. 10. C. d. jur. deliber.* Imò talis amissio instrumenti vel obligationis, solo Juramento Creditoris probatur, quòd sc. obligationem debitoris non habeat, nec eam alteri dederit, nec
- apud

apud alium voluntate suâ constituta sit, nec dolo malo fecerit, quò minus appareat, sed reverà per casus fortuitos, quia domus incendio consumta, aut ab hostibus direpta, deperdita sit. *l. 21. C. d. fid. instr. Gail. lib. 2. obs. 37. n. 1. 2.*

Tenetur quoq; debitor, volente id creditore, ^{25.} chirographum jam factum redigere in publicum instrumentum. Nullum enim ipsi inde exoritur detrimentum. *arg. l. 38. ff. d. evict. l. 7. C. d. precib. Imp. offer.* Quippe instrumento publico confecto, non augetur debitum, sed saltim creditori erigitur eò firmior securitas. Instrumentum namq; publicum ^{26.} plenam meretur fidem, perfectamque probationem creditori parit. *Carpz. in Proc. T. 14. art. 5. num. 34. Besold. Thesaur. Pract. in verb. offen Instrument.* Subaudi autem, quòd loquar de eo casu, si debitori ^{27.} nullum inde possit exurgere præjudicium. Aliàs si statuto cautum sit (uti apud nos in foro Saxon. *Carpz. p. 1. c. 17. def. 32. n. 4. Magnif. Dn. Struv. Ex. 28. §. 30.*) instrumentum publicum habere paratam executionem, non tenebitur Debitor instrumentum privatum in publicum redigere. ^{28.} Graviorem enim sic cogeretur subire causam. *l. 5. ff. d. solut.* Non debet autem alteri per alterum iniqua conditio inferri. *l. 74. ff. d. R. I.*

Patet jam ex prædictis, debitorem creditori ^{29.} chirographum debere conficere & tradere. Atq; ita regularitèr chirographum penes creditorem est. Apud hunc enim instrumentum debet esse, ad quem pertinet. *Carpz. p. 2. c. 33. d. 18. n. 6.* Quid autem juris, si Chirographum reperiatur penes debitorem, præsumiturne liberatus? Videtur quod sic. Præsumi-



- sumitur enim Creditorem remisisse creditum, atque
ita debitorem liberasse. Menoch. *d. presunt. lib. 3.*
pres. 140. n. 1. Præsumitur etiam pactum de non pe-
tendo inter Creditorem & Debitorem initum esse *l. 2.*
31. *§. 1. ff. d. pact.* Sed Resp. disting. Aut enim
debitor penes se habet chirographum cancellatum,
& dicit se liberatum esse à Creditore pacto de non
petendo *d. l. 2. §. 1. ff. d. pact.* & tunc præsumitur libe-
ratus, si probet ab ipso Creditore sibi esse redditum.
vid. Magnif. Dn. Brunnem. *ad l. 14. l. 15. C. d. solut.*
Nec obst. *l. 24. ff. d. probat.* Aut dicit debitum esse
32. solutum, & tunc iterum subdistinguitur. Aut e-
nim est domestica persona debitor, ita ut facile potu-
erit chirographum auferre, & tunc non præsumitur
solutum: Aut non est domestica persona, & tunc
præsumitur debitorem solvisse. Schneidevv. *Instit.*
quib. mod. oblig. toll. n. 20.
33. Si autem Creditor debitori restituat chirogra-
phum spe debiti mox solvendi, *arg. l. 3. ff. d. pignorat.*
act. non liberabitur Debitor. Deficit enim hæc vo-
luntas, quæ necessario ad actus validitatem requiritur,
34. *c. 23. x. d. off. jud. delegat.* Item si Procurator, citrà
speciale creditoris mandatù, chirographum Debito-
ri reddat, non inducitur remissio debiti. *arg. l. 7. §. 1.*
ff. quib. mod. pign. solv. Deficit enim hæc etiam voluntas
& potestas, ad actus validitatem maximè necessaria. *d.*
35. *c. 23. x. d. off. jud. delegat.* Imò cessat etiam præsum-
tio debitorem solvisse, si Procurator reddat chiro-
graphum. Menoch. *d. presunt. l. 3. pres. 140. num. 15.*
Donare enim non potest Procurator. *l. 28. §. fin. ff. d.*
pact. l. 1. §. 1. ff. d. Offic. Procurat. Cesar. l. 4. C. d. novat.
Qui autem reddit chirographum utique donare vide-
tur. *arg. l. 115. ff. d. R. I.* Quid

Quid si mortuus sit Creditor & chirographum 36.
perveniat ad heredes? Rectè nihilominus petitur in
chirographo scriptum debitum. Heredes enim re-
präsentant personam Creditoris, jurisque ejus succes-
sores sunt. *l. 59. ff. d. R. 7.* Qui autem in jus alterius
succedit, jure ejus utitur. *l. 177. pr. ff. d. R. 7.*

Quid si penes Tertium aliquem b. f. possessorem 37.
reperiatur Chirographum? (Transferri enim potest.
l. 59. ff. d. leg. 3.) etiam rectè exigitur debitum. In
dubio enim donatum præsumitur. Hinc solent
in Chirographo his verbis: *Ich gelobe und verspre-
che meinem Gläubigern/seinen Erben/ adjungi hæc
oder getreuen Brieffs-Inhabern. &c.*

CAP. IV.
DE OBJECTO.

Objectum chirographi nostri constituo pecuni- 1.
am. *l. 14. pr. C. d. non num. pecun. l. 40. ff. ad L. A-
quil. l. 17. C. si cert. pet.* Id autem non tam jejunè,
sed cum grano salis. Sic enim cæteras res fun- 2.
gibiles, quæ pondere, numero, & mensurâ constant,
*l. 2. §. 1. ff. d. reb. cred. i. e. quæ naturâ vel consuetu-
dine numerando, ponderando, mensurando æsti-
mantur, non excluderim. Quippe notum est,
pecuniæ vocabulum latissimè patere. Vel enim
(1.) largissimè sumitur, & intelligendum est pro o- 3.
mnibus rebus & corporibus. l. 178. pr. ff. d. V. S.
vel (2.) latè, pro his rebus, quæ pondere, numero 4.
& mensurâ constant. l. 2. §. 3. ff. de reb. cred. l. 30. pr.
ff. d. leg. 1. vel (3.) strictè, pro pecuniâ numeratâ 5.
tantum. l. 7. §. 3. ff. ad Sct. Macedon. A Germanis 6.*

C

ta-



- tamen verb. (Geld) vel semper, vel regulariter pro pecuniâ numeratâ accipiunt, comprimis etiam ab illiteratis. Magnif. & Generos. Dn. Godofred. de Jena, Jct. & Publicista Incomparabilis, nuper Antecessor in Almâ Viadrinâ, Patronus & Doctor meus tantum non adorandus. *in Tr. de Sct. Macedon. sect. 2.*
7. *aph. 2. n. 4. & II.* Mihi ita hîc chirographum considerare lubet, quatenus in eo pecunia n. s. considerata, scripta est. Hæc jam vel in eodem genere,
8. vel in certâ specie reddenda promittitur.
9. Illo casu, non refert cujuscunque formæ moneta reddatur, minutane an grossior. Non enim ita genus pecuniæ, uti certum genus frumenti, v.g. triticum, sed certa quædam quantitas pecuniæ mutuò datur. Hæc si in æquè probâ monetâ, an **Guter/unverschlagener/gång und geber Müntz/** restituitur, idem genus restitutum censetur. Magnif. Dn. Struv. *Ex. 16. th. 27.* Et hinc pro aureis vel
10. thaleris mutuò acceptis, alia moneta solvi potest. In mutuo enim non tam ipsa corpora, quam æstimatio nummorum credita videtur. *l. 65. §. 1. ff. d. V.*
11. *O. l. 24. ff. depos.* Modò, ut jam dictum, nummi respondeant mutuatorum valori & bonitati. Non enim licet debitori, rem deteriore creditori reddere. *l. 3. ff. d. R. C.* Quippe res deterior reddita, pro non reddita habetur. *l. 1. §. 16. ff. depos.* An
12. autem Creditor in summâ aliquâ notabili, teneatur pro grossiore monetâ minutissimam, puta nummos, triobolares, trinarios, recipere. vid. elegantèr id decidentès Carpz. *p. 2. c. 29. d. 3.* Besold. *Thesaur. Pract. in verb. Thaler. Coler. Proc. Execut. p. 1. c. 10. n. 14.*
- Hoc

Hoc casu, si scilicet in certâ specie reddenda
pecunia promittitur, (wann Stüff vor Stüff vel
e. g. Reichsth. in specie wieder zugeben verschrieben)
cùm pacta dent legem contractui, l. 1. §. 6. ff. depos.
l. 23. ff. d. R. 7. aliud obtinet. Tunc enim præcisè
standum est conventioni partium, nec solutionem in
aliâ monetâ aut pecuniâ numeratâ acceptare tene-
tur Creditor. Dn. Carpz. p. 2. c. 29. d. 4. n. 3. Magnif.
Dn. Struv. d. l. Dn. Hahn. d. reb. cred. n. 12. Besold.
Thesaur. Pract. in verb. Thaler. Coler. de Proc. Exe-
cut. p. 1. c. 10. n. 16. Aliud enim pro alio invito cre-
ditori solvi non potest. l. 2. §. 1. ff. d. R. C. l. 16. C. d.
solut. Apparet autem pecuniam numeratam in
specie reddendam promissam esse, ex claris chiro-
graphi verbis, grossiorem monetam notantibus.
Sic si verba, harte Thaler/ponantur, de Joachimi-
cis Imperialibus intelligenda sunt, idèòq; solutio fa-
cienda in grossiore monetâ, grober Münz. Besold.
Thesaur. Pract. d. l. Verùm si id claris verbis non
sit expressum, nulli hîc conjecturæ & præsumptioni
locus datur. l. 137. §. 1. ff. d. V. O. l. 25. §. 1. ff. d. legat. 3.
Cæterùm quid juris, si bonitas vel valor mone-
tæ mutatus sit, qualiter pecunia reddenda est? Mo-
nendum hîc in antecessum, bonitatem nummi juxta
Dd. esse vel intrinsecam vel extrinsecam. Bo-
nitas nummi intrinseca est illa ipsa qualitas & quan-
titas nummi, quæ eidem citrà hominum impositio-
nem & æstimationem adhæret. Hæc duobus
constat, ligâ seu pretiositate materiæ & pondere,
quæ à monetariis dicuntur Schrott und Korn/vel ge-
halt und Gewicht. Bonitas nummi extrinseca
C 2 est

est ipsa æstimatio & valor autoritate publicâ impositus. Et hæc itidem duobus constat, valore illo impositio, *Werth und Wardirung* / & caractere sive justâ formâ nummi, *Schlag und Gepräg*.

19. Si itaque mutata sit bonitas nummi intrinseca, respiciendum est cujus bonitatis fuerit tempore contractus, ejusdemque bonitatis, cujus pecunia mutuò datâ tum temporis fuit, reddenda est. *Carpz. p. 2. c. 28. d. 4. Magnif. Dn. Richter. dec. 72. n. 11. 19. Magnif. Dn. Struve Ex. 16. §. 29. Magnif. Dn. Brunnem. ad l. 2. C. d. vet. numism. potest. Dn. Hahn. d. 1. n. 12. Sutholt. Diss. 13. aph. 23. sub init.*

20. Deinde, si extrinseca bonitas nummi mutetur, nihilominus etiam tempus contractus rectè spectatur, & ita illius valoris & æstimationis quam repræsentabat initio contractus pecunia, tempore solutionis restituitur.

21. Sic enim licet augeatur vel minuatur pecuniæ valor, tam Debitor quam Creditor suum æquisimè consequitur. *Dn. Carpz. d. l. d. 5. Magnif. Dn. Richter. dec. 72. n. 13. Magnif. Dn. Brunnem. d. l. Magnif. Dn. Struv. d. Ex. 16. §. 31. Præ-Nobilissimus Dn. Præses in not. ad Sutholt. Diss. 13. aph. 23.*

22. Atque id obtinet, si moneta in genere, nullâ certâ specie monetæ determinatâ, restituenda est.

Potuissem hæc latius ex II. deducere. Ast vereor ne suprâ votum hic meus excreseat labor.

23. Unicum saltem hic addere cogor, an scilicet debeantur usuræ, si in Chirographo nulla earum facta

24. sit mentio. Notissimum est, Jure Civili tum demum deberi in mutuo usuras, cum in stipulationem dedu-

deductæ sunt. *l. 10. §. 4. ff. mandat. l. 24. ff. d. præscr. verb. l. 3. l. 7. C. d. usur. l. 1. C. d. condict. indeb. l. 4. C. d. condict. ob turp. caus.* (stipulatio autem hæc, licet in chirographo non sit expressa, si aliundè probari possit, valida est. *l. 1. C. d. usur.*) Quippe non insunt mutuo usuræ, cum mutuuum suâ naturâ sit gratuitum. Et hinc non ex mutuo, sed ex novâ obligatione, stipulatione sc., proveniunt. *l. 121. ff. d. V. S.*

Quamvis id exceptiones quasdam admittat, de^{25.} quibus videbis Magnif. Dn. Struv. *Ex. 27. §. 45. A. 26.* liud autem hæc in re sancitum est Jure Saxon., quo Creditoribus usuræ quincunces loco interesse absq; ullâ probatione ^{et} interesse adjudicantur, licet de hoc nihil conventum fuerit. *Ordin. Torgens. d. anno 1583. Tit. Von Bucher und wücherlichen Contracten, &c. Carpz. p. 2. c. 30. d. 8. n. 11.* Imò si quis^{27.} quincuncibus usuris nolit esse contentus, majus interesse probare ei non denegatur. Succumbens autem in probatione, usuras quincunces postea petere non poterit. vid. *Carpz. d. l. def. 9. 10. 11.*

CAP. V.
DE FORMA ET MATERIA.

Consensus omnium contractuum & negotiorum anima est. Quippe hoc deficiente, deficit obligatio, omnisque, re adhuc integrâ, infringitur præstandi necessitas. *l. 1. §. 3. ff. d. pact.* Unde contractus quosdam & consensu & interventu vel rei, vel verborum, vel literarum, quosdam etiam absque his, solo & nudo consensu, (si actum primum respicias)



- constitui, principia Juris edocent. *l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. l. 38. ff. d. O. & A.* Jam præsupposito hoc, neminem clàm erit ante omnia etiam in Chirographo nostro requiri consensum, tam Creditoris quam Debitoris. *arg. l. ult. C. plus val. quod ag.* Semper enim eorum quorum interest actum aliquem celebrari requiritur consensus & voluntas. *l. 8. l. 10. ff. d. aqu. & aqu. plur. arcend. act.* Adhæc etiam quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari. *c. quod omnes 29. X. d. R. I. in 6to.* Quòd autem utriusque & Debitoris & Creditoris intersit confici chirographum, extrà controversiam esse arbitror.
4. Declaratur consensus hic chirographi scriptione, superscriptione, subscriptione & sigillatione, quæ requiruntur in confectioe chirographi. An autem conjunctim concurrant, an alterum ex his tantum sit observatum, nihil refert, uti ex seqq. patebit. Siquidem è singulis consensus probari possit. Et quidem
6. I. Ex scriptione nudà. Scriptura namq; probat consensum. *l. 26. in fin. ff. depos. l. 26. §. 1. in fin. ff. d. pign.* Licet hanc non sit insequuta subscriptio. *arg. l. 28. §. fin. C. d. Testam. l. 2. C. de nupt. vid. Menoch. d. A. 1. Q. lib. 2. cent. 2. cas. 14. n. 5. Idem de presunt. lib. 3. pres. 66. n. 2.* Paria enim sunt scribere & subscribere. *l. 28. C. d. Testam. l. 26. §. 1. ff. d. pign. l. 126. §. 2. ff. d. V. G. Magnif. Dn. Richter. p. 1. dec. 29. n. 14. 22. Schneidevv. Inst. d. Emt. n. 6.* Imò
8. licet debitor præposuerit usitata illa verba: **Ich Unterscriebener**/ non autem postea subscripserit, nihilominus probat scriptura chirographi. *arg. l. 6. §. 2. ff. d.*

ff. d. jure codicill. Simplex namque confessio manu propria facta ad probationem consensûs requiritur; Ea licet non sit qualificata subscriptione, tamen per se satis efficax est.

II. Ex suprascriptione. Suprascriptio enim totum actum ad se trahit, & idem operatur, quod subscriptio. Bartol. ad l. 6. §. 6. n. 35. ff. d. edendo. Alciat. ad l. 140. n. 4. ff. d. V. O. Hæc licet fiat paucis-
simis verbis, consensus nihilominus probatur. Suprascriptens enim contentorum notitiam habere præsumitur. Besold. Thesaur. Pract. add. ad verb. Hand-Unterschrift/ibiq. alleg. Höpingk. de jure sigillorum c. 15. n. 205. & seqq. Et hinc sufficiunt generalia hæc verba: **Ich bekenne wie unten.** Verba enim ut infra ad subsequencia referenda sunt. Ea namque quæ subsequuntur designare solent. l. 34. §. 3. ff. d. legat. 3.

III. Ex subscriptione. l. 1. §. 1. ff. d. constit. Princip. l. 8. §. 15. l. 9. §. fin. ff. quib. mod. pign. c. 1. §. cumq. lecta, distinct. 96. Quippe subscribens chirographo, non solum suprascripta omnia legisse præsumitur, (comprimis si aliàs diligentè & cautè rebus suis superesse soleat. Non enim credendum est, talem chirographo facilè subscripturum, antequàm contenta legat. Incredibile enim est, talem in aliquo errasse. l. 25. pr. ff. d. probat.) Verùm etiam omnia contenta præscripta confirmare & approbare intelligitur. Magnif. Dn. Richter. p. 1. dec. 29. n. 15. & Tr. d. Transact. ad l. 8. C. d. Transact. n. 37. Magnif. Dn. Brunnem. ad l. 2. C. d. reb. alien. Ruland. d. Commiss. p. 2. l. 5. c. 30. n. 7. Alciat. ad l. 126. §. 2. ff. d. V. O. n. 3. 11. Schneidev. Inst

- Inst. d. Emt. n. 7. Menoch. d. presunt. lib. 3. pres. 66. n. 7.*
13. Procedit hoc licet chirographum manu propriâ non sit scriptum. Hillig. ad Donell. *lib. 25. cap. 8. lit. M.*
14. Ea enim subscriptionis virtus est, uti omnia superscripta approbata doceat. Alciat. *add. l. 126. §. 2. ff. d. V. O. n. 3.* Besold. Thesaur. Pract. *add. verb. Hand-Unterschrift.*
15. Deinde licet debitor propriâ manu non subscribat, mandatarius autem ejus nomine subscripserit, nihilominus etiam consensus probatur. *arg. l. fin. §. 2. C. d. jure deliber. l. 28. §. fin. C. d. Testam. Paria enim sunt mandare & subscribere. l. 3. C. quod cum eo qui alt. potest.* Quippe his perinde pariterque obligamur.
16. Obtinent hæc omnia, si quis subscripserit ut principalis, non autem si ut Testis. *l. 14. C. si. cert. pet. l. 6. C. d. fidejuss.* Testes enim non animo obligandi, sed ad firmiorem contractus probationem subscribunt. *l. 11. C. qui pot. in pign. arg. §. 3. Inst. d. Testam.* Indè, uti ne subscriptio aliquando sibi noceat, solent subscriptioni addere hæc: **Welches ich als dazü erbethener Zeuge / geschehen zu seyn bekenne / und mich dessen zu Gezeugniß hiemit unterschreibe. Doch mir un̄n meinen Erbē ohne Scha-**
17. **Den.** Hanc autem clausulam non necessariâ, sed abundantem esse arbitror cum Præ-Nobilis. Dn. Præsidi *in resol. difficil. ll. C. ad l. 14. C. si cert. pet. Hering. d. fidejuss. c. 17. n. 7.* Ipso namq; jure subscribens & ipsius heredes ex nudo actu subscriptionis & sigillationis manent indemnes. *Moller. ad Constit. Saxon. 52. n. 17. & seq. p. 2.*
18. Hering. *d. l.* Adhæc, si subscribentis mentio in obligatione non sit facta, ob nudam subscriptionem, absq;

absque illâ clausulâ, præsumitur ut Testis subscrip-
sisse. vid. Magnif. Dn. Brunnem. *ad l. 14. C. sicert. pet.*

Deinde hæc etiam obtinent, si debitor legit & 19.
intellexit contenta in chirographo. Subscriptio
enim ultra scientiam & intentionem agentium non
extenditur. Magnif. Dn. Brunnem. *ad tit. C. plus
val. quod ag.* quod exceptiones quasdam patitur.
Dn. Brunnem. *d. l.* Hinc, ut loquitur Besold. 20
Thesaur. Pract. *verb. Hand-Unterschrift/* diligentèr
notandum pro Dominis & Principibus, qui schedu-
lis vacuis (vulgò *Charten Blanken/*) subscribere
solent: Quia non intelliguntur confirmasse ea, quæ
postea scribuntur, nisi habuerint eorum notitiam.
Vel, Ratificatio non præsumitur facta, nisi de his quæ
lecta, cognita, & rectè intellecta fuerunt ab ipso ra-
tificante. Hæc ille. *add. Schneidevv. Instit. d.
emt. n. 10.* Probare autem tenetur subscribens talem 21.
chartam, ignorantiam & errorem. Tamdiu e-
nim verbis instrumenti creditur, donec probetur
contrarium. Est enim præsumtio pro instrumento,
uti Dd. passim. Deinde etiam præsumtio est
contrà scribentem, quòd legerit. Quilibet enim
præsumitur scire quid agat. *l. 15. C. d. rescind. vend.*
nec præsumitur quis ignorare, quæ scire potuit. *cle-
ment. un. in fin. de concess. præbend.* Paria enim sunt
scire, & scire potuisse. *l. 19. ff. ad SC. Macedon.*

IV. Probari etiam potest consensus ex sigil- 22.
latione. *l. 26. §. 1. ff. d. pign. l. 126. §. 2. ff. d. v. o.*
Qui enim sigillum suum scripturæ alicui apponit, e-
am approbare videtur. Godofr. *in not. ad l. 20. §. 1.*
ff. d. Testam. milit. Quippe ipso actu sigillationis 23.
D præsu-

- præsumitur consensisse in chirographi contenta.
Carpz. in Proc. T. 14. art. 2. n. 26. & Jurispr. forens. p. 3.
24 c. 20. def. 34. n. 6. Cum eandem vim & efficaciam
habeat sigillatio, quam manûs propriæ subscriptio.
Mascard. d. probat. concl. 49. n. 2. Menoch. d. præsumt.
l. 2. præf. 57. n. 34. Idem de A. I. Q. lib. 2. cent. 2. cas.
113. n. 10. Ruland. de Commiss. p. 2. lib. 5. c. 30. num. 4.
25. Alciat. ad l. 126. §. 2. ff. d. V. O. Et hinc sufficit sigil-
lum esse appositum, licet huic nulla subscriptio ad-
iuncta sit. Carpz. in Proc. T. 14. a. 2. n. 28. Idem Ju-
rispr. forens. p. 1. c. 17. d. 21. n. 3.
26 Procedit hoc, si debitore sciente vel mandan-
te sigillum chirographo sit appositum. Secus si
eodem nesciente, vel errante. l. 2. C. d. reb. alien. non
alien. Errantis namque consensus nullus est. l. 9. C.
d. j. & f. ignor. l. 116. §. fin. ff. d. R. J. l. 15. ff. d. jurisdict.
27 Postquam itaque consensus decenter intervenit,
legitima chirographi compositio hunc sequi de-
28. bet. Hæc fit vel in chartis, vel membranis, aut
in quâcunq; materiâ ad præsentandam scriptionem
habili. arg. l. 1. pr. ff. d. bon. possess. secund. tabb. l. 25. C.
29 d. donat. Et quidem charta hæc non sit commacula-
ta, sed propemodum munda. arg. l. 17. C. d. fid. instr.
Ummius disp. 17. n. 13. Ne forsan aliquando literis
antiquior appareat. Possent enim sic in dubium vo-
30. cari. c. 6. X. d. fid. instr. Deinde, encaustum sit u-
nius ejusdemque coloris, non partem atrum, partem
aquâ liberius pertinctum. d. c. 6. §. litera X. d. fid. instr.
31. Porrò chirographum unâ eademque manu scriba-
tur, aut ab ipso debitore, aut eo mandante, ab alio,
ut sup. c. 3. n. 1. dictum est. Nec interscriptum sit
alte.

alterius cuiuspiam literis. *arg. N. 18. c. 7.* Nec etiam
variet in subscriptionum manibus *arg. c. 12. X. d. pri-*
vileg. puta autem varietatem substantialem non ac-
cidentalē. Et quidem scribatur idiomate con- 33.
trahentibus cognito, aut in regione non inusitato, i-
temque claris & planis verbis seu literis, quæ sc. non
per notas inusitatas vel siclos *l. 2. §. 22. C. d. v. j. e.*
scriptæ sunt. *arg. l. 11. §. 3. ff. d. institoria act.* vid. Umm.
d. l. Notæ enim non sunt literæ. *l. 6. §. f. ff. d. bonor. 34.*
possess. sed ænigmata compendiosa. *l. 1. §. pen. C. d.*
vet. j. e. Ad hæc, quæ ita scripta sunt uti intelligi
non possint, pro non scriptis habentur. *l. 2. ff. d. his*
quæ pro non script. hab. Plura de instrumentis per 35.
abbreviaturas & notas non scribendis *vid. in R. 7. d.*
anno 1512. §. und insonderheit. & §. Item die Notari-
en. Tam mundè etiam Chirographum scribi 36.
debet, uti ne ullæ lituræ appareant, *d. c. 6. x. d. fid.*
instr. Imò nulla literula est omittenda, quâ omis-
sâ, forsan genuinus sensus interverti posset. *arg. c. 11.*
X. d. fid. instr. 37.
Jam itaque his præmissis, nomen
tam Creditoris quam Debitoris clarè exprimi debet.
arg. l. 25. C. d. donat. Non solum appellativum.
Ex eo enim certitudo personæ non semper apparet,
uti patet ex *l. 2. ff. d. liber. & posthum.* Hoc licet de-
claretur per demonstrationem artificii, vel officii, ne-
cessitudinis vel affinitatis, nihil interest. Demonstra-
tio enim vice nominis fungitur. Nec interest,
falsa, an vera sit. *arg. l. 34. ff. d. condit. & demonstrat.*
Verum etiam proprium nomen, licet multiplex. 38.
arg. l. 14. ff. de fideicommiss. libert. Quin imò speciale
nomen addendum est, cum omnibus iudiciis. Mul-

tæ namque ambiguitates & dubia ob nomina suboriri
solent. *l. 30. ff. d. Test. Tut. l. 106. ff. d. V. O.*

39. Deinde quoque certa quantitas determinan-
da est. *l. 6. pr. ff. d. R. V. l. 24. l. 26. §. 1. l. 28. ff. depos.*
l. 19. §. 3. l. 52. §. 25. ff. d. furt. arg. l. 25. C. d. donat. Fa-

40. chin. 2. *controv. 13.* Quamdiu enim de quantitate
nulla est certitudo in obligatione, tamdiu executio-
ni semper opponi potest, quòd debitum non sit liqui-
dum. Talis autem exceptio remoratur paratam exe-
cutionem. Dn. Carpz. *p. 1. c. 17. d. 39. n. 1.* Pro debi-
to enim illiquido, neque captura personæ, neque re-
rum, neque alia quæcunque executio permittitur. Co-

41. ler. *p. 3. c. 1. n. 2.* Cæterum si constare debet debitum
esse liquidum, necessum est uti appareat, quid, quale,
quantumque sit. *arg. l. 6. ff. d. reb. cred.*

42. Exprimi etiam debet causa seu titulus. *l. 26. §. 1.*
ff. depos. l. 25. §. fin. ff. d. probat. l. 13. C. d. non num. pec.
Nuda enim ratio non facit debitorem. *l. 49. §. fin.*

43. *ff. d. pecul.* Et cum ex nudo pacto non detur actio,
sed necessum sit uti subsit causa. *l. 7. §. 4. ff. de pact.* Hinc
si causa debendi non addatur, instrumentum obliga-
tionis non est validum, imò inutile est ad probandam
intentionem. vid. Prænobilis. Dn. Præses *in selectis si-*
mis not. ad Sutholt. Diff. 14. aph. 67. subf. Magnif. Dn.
Brunnem. *ad l. 11. C. qui pot. in pign. D. Hahn. ad Vves.*

44. *d. fid. instr.* Hillig. ad Donell. *l. 25. cap. 8. lit. N.* Sem-
per enim ipsi obstat doli mali exceptio. *l. 2. §. 3. ff. d.*

45. *dol. mal. & met. except.* Imò si quis solvat Creditori,
& postea experiatur, nullam in chirographo subesse
causam, optimo jure indebitum repetit. *l. 15. C. d. fi-*
dejust. Solutum enim sine causâ condici potest.
vid. Magnif. & Generos. Dn. de Jena *in eleganti Tr.*

de

de SC. Maced. p. 42. n. 20. 21. Coler. d. Proc. Execut. p. 3.
c. 1. n. 8. Oldendorp. class. 1. act. 9. &c.

Coeterum causa hæc in chirographo expressa 46.
honestâ esse debet, non turpis. l. 1. §. 1. ff. l. 1. l. 5. C.
de condict. ob turp. caus. Siquidem inhonestâ, quæ
pietatem lædunt, & quæ contra bonos mores vel in
pactum, vel in stipulationem deducuntur, nullius mo-
menti sunt. l. 4. C. d. inutil. stipul. imò ea ne facere
nos posse credendum est, uti sanctè loquitur Papi-
nianus in l. 15. ff. d. condit. demonstr.

Turpitudò autem hæc vel est à parte Actoris, 47.
vel à parte Rei, vel Utriusq;

Si est à parte Actoris, tunc in chirographo pro- 48.
missum nunquam peti potest. ob d. l. C. 4. d. inutil. stipu-
lat. Veluti, si quis latroni ob non extinguendam si-
bi vitam per chirographum promittat centum, nun-
quam ad præstandum tenebitur. Spontè enim & gra- 49.
tis debebat non extinguere vitam promittendi 100. la-
tro. Jam quicquid gratis & spontè quis facere de-
bebat, si promissâ sibi pecuniâ facit, turpiter promif-
sum exigit. Magnif. Dn. Brunnem. ad l. 3. l. 6. C. d.
condict. ob turp. caus. Et hinc non tenetur Reus, sed 50.
poterit se tueri exceptione doli, non autem Exce-
ptione non numeratæ pecuniæ. Rationes vi-
debimus in conflictu.

Tenetur tamen probare (reo enim hîc incumbit 51.
probatio. l. 25. §. fin. ff. d. probat. l. 1. C. d. cond. ob turp.
caus., cum præsumtio militet pro instrumento.) se
nullam accepisse pecuniam, & ob turpem causam
promissam esse. Imò si quis dicto modo latroni 52.

D 3

chiro-

- chirographum scribat, non solum idem, verum etiam promissum in eo, si jam forsan datum sit, conditione ob turpem causam repetere potest. *d.l.1. §. 2. l. 4. §. 2. ff. d. cond. ob turp. caus.* Magnif. Dn. Struv. *Ex 18. §. 27.*
53. Verum si turpitude à parte rei solius interveniat, promissum in chirographo exigere potest. Magnif. Dn. Struv. *d. Ex. §. 22. v. g.* Si quis meretrici, (quam jam ante chirographum datum meretrix fuit, ubi vilis & indignitas personæ facit ut acceptio ei nullam maculam aspergere videatur. Hillig. ad Donell. *lib. 14. cap. 25. Lit. F.*) chirographum dedisset, inque eo ad se obligasset, & postea à meretrice vi hujus chirographi conveniretur, sanè nullâ exceptione se adversus illam tueri posset. Ratio est in *l. 4. §. 3. ff. d. cond. ob turp. caus.* quia hinc turpitude est solius dantis chirographum, & sic Rei. Meretrix autem turpiter quidem facit quod sit meretrix, non verò turpiter agit vel accipit, cum sit meretrix, seu cum hoc vitæ genus eò tempore certis conditionibus toleratum elegerit, ac illud professa fuerit, nomenq; suum apud
54. Ædiles ediderit. Unde quoque si id quod in chirographo promissum, solutum est, repeti non potest. *d. l. 4. §. 3. ff. d. cond. ob turp. caus.*
55. Et hæc quidem ita se habent secundum principia legis permittentis. *arg. l. 7. ff. d. ll.* scilicet si respicias seculum Ulpiani, quo lupanaria & professio stupri Jure Rom. positivo erant licita. Dn. Hahn. *obs. ad VVes. d. cond. ob turp. caus.* Dn. Struv. *d. l.*
56. Porro si turpitude à parte utriusque, tam Actoris quam rei existat, v. g. Si Maritus usuram Uxoris suæ, certo pretio, in Chirographum redacto, indulget, eo casu pretium non potest petere maritus. Sic enim

enim propriam turpitudinem allegaret, lenocinium sc. 57.
Si autem ei pretium solutum est, conditione repeti
non potest. *l. 5. C. d. condict. ob turp. caus.* In pari
namque causâ potior est causa possidentis. *l. 2. C. d. r.*
l. 128. pr. l. 154. pr. ff. d. R. 7. c. 65. d. R. 7. in 6to.

Deinde certa quoque causa in Chirographo no- 58.
stro est exprimenda. Si enim causam obscuram,
indiscretam *l. 25. §. fin. ff. d. probat.* vel indetermi-
natam. *c. 14. extr. d. fid. instr.* contineat obligatio, per-
indè est, ac si eam non contineret. Quia paria sunt
causam non esse expressam, vel expressam quidem es-
se, non tamen certitudinariè, apertè, & intelligibili-
tèr. *Alex. lib. 2. cons. 182. n. 5.* Befold. Thesaur. Pract.
add. verb. Handschrift. Cùm paria sint non legitimo
modo quid fieri, vel planè non fieri. *l. 6. ff. qui satis d.*
cog. Non tamen hæc certæ causæ expressio tam 59.
strictè requiritur, uti semper quis teneatur præcisè ap-
ponere, ex quo contractu, v. g. ex mutuo, oblige-
tur. Sufficit si quis mentem æquipollentibus verbis
declaret. Non enim intentio verbis, sed verba in-
tentioni deservire debent. *c. 15. extr. d. V. S.* Hinc 60.
si quis scribat, numeratos sibi esse à Sempronio cen-
tum ducatos, is satis declarat, se ex causâ mutui ac-
cepisse eosdem. Numeratione enim subintelligi-
tur mutui contractus. *l. 9. §. 4. ff. d. R. C.* Itaque pa- 61.
tet, quòd, si ex conjecturis causa debendi appareat,
chirographum efficax sit. *Carpz. p. 1. c. 17. d. 39. num. 7.*
Mascard. d. probat. concl. 345. n. 51. vol. 1.

Notandum est, semper hoc ità intelligendum es- 62.
se, si quis sciens causam debendi expressit, secùs si er-
ròre inductus, putans se debere. *l. 15. C. d. fidejus.* Et
hinc

hinc nec donasse errans præsumitur. Errantis namque nulla voluntas est. *l. 8. C. d. j. & fact. ignor. add. l. 9. d. t. l. 116. §. fin. ff. d. R. I.* Adhæc, plus est in veritate, quàm in opinione. §. 11. *Instit. d. legat. l. 2. §. 15. ff. pro emt. l. 9. §. 4. ff. d. j. & f. ignor.* Non obstat. *l. 15. ff. d. acquir. hered.*

63. Cæterùm si quis ex proceresi apponat clausulam hanc: ex certâ scientiâ, tunc præsumitur donasse. Nullo enim jure cogente id facit. Unde cujus per errorem dati repetitio est, ejus consultò dati donatio est. *l. 53. l. 82. ff. de R. I. add. c. 21. d. R. I. in 6to.*

64. Atque hætenus de Formâ substantiali, nunc paucissimis etiam attingemus Formam chirographi accidentalem.

65. Et hæc consistit in diei & loci adjectione, & Testium subscriptione.

66. Solet nimirum apponi dies & locus, quibus Chirographum est confectum. Hoc tamen non est de essentiâ Chirographi, *l. 34. §. 1. ff. d. pign.* Magnif. Dn, Struv. *Ex. 28. §. 27.* Potest enim absq; appositione diei & loci, ex requisitis supra dictis, debitum abundè probari.

67. Subaudi autem, me loqui de chirographo quatenus probare valet contra debitorem. Aliud autem est, si creditor velit prioritatem crediti contra Tertium probare, eo casu maxime requiritur diei & loci adjectio. *Godofred. ad d. l. 34. ff. d.*

68. *pign.* Est & hoc speciale in Testamento paterno, *auth. quod sine C. d. Testam.* Deinde in libris rationum, in quibus necessariò debet adesse appositio diei. *l. 4. C. d. navicul. l. 1. §. 2. ff. d. edendo.*

Por.

Porro quod ad Testium subscriptionem attinet, hæc quoque non est de essentiâ Chirographi, si debitum non excedat libram auri, *auth. sed novo C. scert. pet.* In instrumento enim privato magis veritas, quàm solennitas respicitur. Magnif. Dn. Struv. *d. l.* Utilis tamen est. *N. 73.*

Quæritur autem an is qui chirographum scripsit, testis esse possit? Et respondetur quòd sic, si ad id specialitèr sit rogatus. *arg. l. 27. ff. d. Testam.* Rogati enim Testes subscribere debent, *auth. rogati C. d. Testib.* Licet autem non subscripserit, nihilominùs testari potest. Scribere enim quid, vel subscribere, eandem habent efficaciam. *pr. Inst. d. emt. & vend.*

CAP. VI.

DE FINE ET EFFECTU.

Notum est, non tantùm in bonæ fidei, sed & in stricti juris contractibus, & consequentèr in mutuo bonam fidem maximè necessariam esse. Siquidem bona fides in omni contractu requiritur. *l. 31. ff. de pos. l. 4. C. d. obligat. & act.* Cum autem tanta fidei sit raritas & penuria, ut ob malos Viros plerosque, in bonos etiam hîc cadat suspicio. Argutiis namque, astutiis, & lubricine fallendi omnia ferè repleta sunt. Hinc fit, quòd contrahentes conventa inter se chartæ inscribi curent, non ut eâ ipsâ scriptione contractum mutui celebratum velint, (prout hoc etiam attingimus in proœmio.) Quia chirographo mutuum non constituitur, sed constitutum probatur. *arg. l. 26. §. fin. ff. de pos. l. 5. C. de transact.* Is enim finis & principa-

E

cipa-



6. cipalis effectus chirographi est, non ut debitum constituat, sed ut legitime constitutum probet. Magnif. & Generos. Dn. de Jena in *Tr. d. Sc. Macedon. sect. 1. aphor. s. n. 24. p. 43.* Verum uti securus reddatur Creditor de numerata Debitori pecunia, & ut eandem aliquando absque difficilioribus probationibus repetere possit. Si enim legitime sibi confici Chirographum procuravit creditor, eo ipso, sine ulterioribus ambagibus, jure optimo, probare poterit creditum. *l. 4. ff. de pign. l. 59. ff. d. legat. 3.* Et hæc de fine. Anteaquam autem de Effectu quid dicamus, monendum est, chirographum considerari vel ut non recognitum & non verificatum, vel ut recognitum & verificatum.

9. Chirographum non recognitum & non verificatum nullam facit probationem, ne semiplenam quidem. Cravet. *de antiqu. temp. p. 1. §. viso n. 6.* Instrumentum namque de cujus fide non constat, vel disputatur, nullam habet vim & Virtutem. Cum scriptura privata plenam fidem ante recognitionem non faciat. *c. 2. x. d. fid. instrum. l. 13. l. 14. C. d. probat.*

10. Excipiuntur autem casus quidam, ubi chirographum etiam non recognitum plene probat. (1.) Si in archivo publico deponatur, plenam indubiamque deinde absque recognitione facit fidem. *c. 13. x. d. prescript. Publicum enim habet testimonium. N. 49. cap. 2. §. 2. Monumenta autem publica potiora sunt Testibus. l. 10. ff. d. probat..* (2.) Si consuetudine comprobatum sit, ut chirographo non recognito habenda sit fides. Quæ enim vetus consuetudo comprobatur tolerabilia sunt. *l. 13. in fin. ff. d. pollicit.*

Non

3.
Non autem probat chirographum, si partes inter 11.
se convenerint, uti etiam chirographo non recogni-
to stetur. Scriptura enim privata nunquam plenam
fidem facit contra scribentem. *d. c. 2. x. d. fid. instrum.*
nisi accesserit recognitio, quæ confessionis vim habet.
l. 19. C. d. fid. instr. Non igitur Debitorem conde- 12.
mnare debet Judex, anteaquam chirographum de-
centè recognoscat, aut de eo legitimis modis con-
vincatur. *arg. l. 16. C. d. pæn.* Nec hîc objici potest,
quòd quilibet favori suo renunciare possit. *l. pen. C. d.* 13.
pact. l. 46. ff. d. pact. l. 41. ff. d. minor. Ipsa enim non
recognita renunciatio non subsistit, nec renunciati
præjudicare potest. *l. 25. ff. d. probat. Carpz. p. 1. c. 17.*
d. 23. Et hoc quidem optimo jure sic obtinet, pos- 14.
sent enim fictitiæ forsan scriptiones, & adulterina si-
gilla supponi. Imò ipse Creditor fallax renunciatio-
nem recognitionis addere posset. Quibus præca-
vendis, chirographa producta recognosci debent
ab ipso Debitore.

Est autem recognitio chirographi, confessio, 15.
quâ Debitor chirographum à Creditore coram Judice
productum, suâ manu scriptum, vel subscriptum, vel
sigillatum affirmat & agnoscit.

Quomodo autem hæc recognitio fiat. vid. fusè 16.
Berlich. p. 1. conclus. 84. n. 97. & seqq. Coler. de Procef-
Execut. p. 3. cap. 1. n. 104. 108. 123. 127. 129. 132.

Hæc igitur factâ, chirographum plenè contra scri- 17.
bentem probat. *Magnif. Dn. Struv. Ex. 28. §. 24.*
Quia Debitor recognoscendo chirographum con-
tenta ejus omnia fateri intelligitur. Recognitio e-
nim Debitoris vim confessionis habet, cui omninò
standum est. *l. 25. §. ult. ff. d. probat.* Imò confessio 18.

E 2

hæc

- hæc idem operatur, quod instrumentum publicum super contractibus confectum. Scriptura namque privata recognita æquiparatur instrumento publico. Coler. p. 3. cap. 1. n. 100. Instrumentum autem publicum est probatio probata, uti Dd. passim. Et hinc in confessum sicut in iudicatum parata datur executio.
19. l. 56. ff. d. rejudic. l. 25. §. fin. ff. ad L. Aquil. Carpz. p. 1. c. 17. d. 12. n. 8. Quidni autem non detur parata executio. Cum chirographum recognitum notorium inducat & probationem manifestissimam. Notorium autem habere paratam executionem in comperito est. Non enim indiget examinatione. cap. 23. x. d. elect. nec ordinem iudicarium requirit. c. 3. x. d. testib. cogend. Quoniam in notoriis ordo juris est, ordinem non servare. Et hinc in iis non opus est cognitione, sed executione. Colerus p. 3. c. 1. n. 15.
21. Si autem nolit Debitor recognoscere cautionem, aut si recognitionem pariter atque confessionem ex contumaciâ differat, jam cautela est pro Creditore, ut petat documentum productum pro recognito & confessato haberi debere, quo casu super eo non aliter proceditur ab executione, ac si fuisset probè recognitum & confessatum. Colerus. p. 3. c. 1. n. 101. Gail. lib. 1. obs. 80.
22. Quid si Debitor dicat: Recognosco hoc chirographum, & fateor me scripsisse, subscripsisse, & sigillasse, verùm jam id solutione evacuavi, quaeritur pro quo hæc confessio qualificata faciat. R.
23. Eam quatenus contra recognoscentem facit esse admittendam, pro recognoscente non, nisi exceptionem suam probaverit. Cum enim Actoris intentionem probatam hîc agnoverit Reus, annexam
- ex-

exceptionem, quam habere se asseverat, probare cogitur. *l. 9. C. d. except. l. ult. C. d. solut.* Reus enim in exceptione actor est. *l. 1. ff. d. except.* Adhuc injustum esset, si creditor actionem suam legitime probasset, falsus etiam esset Debitor, eam deinde levi quâdam exceptione posse evitari. Porro manifestum quoque est, quod is non debeat relevari ab onere probandi, qui juris præsumtionem contra se habet. *l. 25. pr. ff. d. probat.* Jam autem contra solutionis exceptionem militat præsumtio juris, si Creditor habeat chirographum confessatum, nondum id solutione evacuatum esse. Solutio itaque 24. non præsumetur, sed excipienti probationis onus incumbet. *l. 1. C. de probat.* Atque hinc patet, tam diu manere illam à Debitore factam confessionem salvam Creditori, donec exceptio legitime probetur.

Verificatio chirographi est chirographi de cuius 25. veritate dubitatur, per legitimos modos probatio.

Verificatur autem Chirographum vel per Tertium, vel per Testes, vel per Comparisonem literarum. 26.

Per Tertium scribentem sc., justificatur vel verificatur chirographum, si recognoscat scripturam, & confiteatur cujus mandato scripserit. Scripturæ enim veritas, si res polcit, per ipsum debet probari autorem. *l. 21. C. ad L. Cornel. d. fals.* Et ut instrumentum publicum per Notarium vel Tabellionem verificatur, sic non minus quoque instrumentum privatum per scribentem, cui accedere potest



& adnumerator, qui scil. pecuniam debitori adnumeravit, verificari potest.

28. Deinde per Testes quoque justificari potest chirographum, qui aut subscripti sunt, aut non. Qui non subscripti sunt, possunt hinc chirographi veritatem probare, si dicant, cognitam ipsis esse manum Debitoris, & scripturam chirographi per omnia esse similem scripturæ ejus, vel si significant, quòd ipsis præsentibus chirographum confectum sit.

29. Qui subscripti sunt, magnam fidem faciunt, comprimis si tres sint. Instrumentum enim privatum tribus subscriptum Testibus, gaudet privilegiis instrumenti publici. *l. ii. C. qui pot. in pign. N. 117. c. 2. c. 15. c. 16. qu. 3. extr. de Testib.* Unde illi versiculi:

Cautio privata cum trino teste notata

Hoc jus est nata, quod cautio publicè facta.

30. Hi igitur suas subscriptiones & sigilla, mediante juramento, recognoscere compelluntur. Non enim Testibus absque depositione juramenti habetur fides. Quia in Testium jurejurando vis & potestas attestationum consistit. *l. 9. C. de Testib.* Carpz. *p. 1. c. 17. d. 12. n. 13.*

31. Tandem verificatur etiam chirographum per comparationem literarum. *l. 20. C. d. fid. instrum.* Hæc est scripturarum collatio, quæ ex unâ scripturâ verâ & probatâ, ob similitudinem literarum arguimus de veritate scripturæ controversæ. *Umm. Disp. 17. n. 27.* Et hæc quidem fieri debet (1.) à viris in

32. hoc genere collationis probatis. (2.) ex aliis instrumentis indubitatis, trium Testium subscriptione munitis, vel ex aliâ privatâ scripturâ, quæ ex archivo pu-

publico producitur. Locus enim publicus, fa-
cit scripturam publicam. (3.) Petentes comparatio-
nem debent jurare, quod neque lucri causâ, neque
inimicitias, neque gratiâ tenti, hujusmodi faciant
comparationem. (4.) Is qui petit comparationem
debet jurare, se non habere alias probationes. (5.)
Illi periti, debent ductus literarum diligenter inspi-
cere. Dn. Brunnem. *ad l. 20. C. d. fid. instr. & ad auth.*
seq.

Et quidem comparationis hujus usus frequen- 33.
tissimus est, si scilicet Debitor cum omnibus Testi-
bus subscriptis defunctus sit, tunc, cum Debitor ipse
nec cognoscere, nec juratò diffiteri possit, iniquum
tamen esset Creditorem amittere creditum, in lo-
cum recognitionis succedit hoc casu comparatio,
tam ad scripturam, quam ad Testium subscriptionem
& sigilla. Et tunc sola comparatio plenam fidem
facit contra negantem, si nimirum inveniatur con-
cordans literarum & sigillorum similitudo per o-
mnia. *Carpz. p. 1. const. 17. d. 15. n. 4.*

Dicto itaque modo chirographum verificatum 34.
eosdem effectus, quos recognitum habet, sortitur.
Quos hîc repetere supersedemus, brevitati charta-
rum multum indulgentes.

CAP. VII.

DE ACCIDENTIBUS.

Novimus, cum chirographum confectum est, so- 1.
lere nonnunquam exempla ex originali descri-
bi. Hæc si quis pro authenticis velit producere,
falletur. Quodcunque enim sit instrumentum, 2.
ita

- ità demum probat, si authenticum proferatur, vulgò Originale. Ex indice enim vel exemplo nemo ne à fisco quidem conveniendus. *l. 2. ff. d. fid. instrum.* ubi vocatur calumniosa scriptura. Si quidem copia instrumenti absque originali producta, suspicionem obreptionis pariat. *Coler. p. 3. c. 1. n. 49.*
3. Imò ne quidem summus Princeps exemplis seu exemplaribus, transumptis, copiis, fidem adhibere potest. *Umm. Disput. 17. n. 38.* Nullam enim planè fidem faciunt exempla, si authentica instrumenta non proferantur. *c. 1. extr. de fid. instr. auth. si quis in aliquo C. d. edendo.*
4. X B Probat autem exemplum, si authoritate iudicis citatâ parte factum sit. *Magnif. Dn. Brunnem. ad l. 7. C. d. edendo. Umm. Disp. 17. n. 38.* Deinde si exemplum in archivis publicis reperitur, illud etiam plenè probabit. *Carpzov. p. 1. c. 17. d. 38. num. 4. Magnif. Dn. Brunnem. in Proc. Civ. cap. 19. n. 10. Ruland. d. commiss. p. 2. lib. 7. c. 8. num. 11. Ummius. d. l. Cum probationes seu libri ex archivis publicis desumpti, plenam fidem mereantur. auth. ad huc C. d. fid. instr.*
5. Porro accidit etiam nonnunquam, ut ex incuriâ Creditoris chirographum à muribus aut vermibus corrodatur. *arg. l. 1. §. fin. ff. d. bon. poss. secund. tabb.* vel interlineetur ab aliquo, vel planè laceretur, hoc si factum sit in parte substantiali, ità ut legi non possit, Chirographi vis intercidit. *c. 7. extr. d. relig. domib.*
6. Adversus delentem autem interlineantem vel lacerantem chirographum, creditor actionem ex L. Aquiliâ intentare potest. *l. 41. pr. ff. ad L. Aquil. uti etiam contra amoventem, actionem furti. l. 27. pr. ff. d. furt.*
- Dein.

Deinde quoque si in aliquâ parte rasum sit chi- 7.
rographum, videndum est an in parte substantiali rasu-
ra facta sit, nec ne. Si non est, propterea nec vitatur
nec suspectum fit instrumentum, nisi rasio illa magna
sit, uti præsumtionem fraudis inducat. Si in parte
substantiali facta sit, tum non quidem vitiabitur, sed
suspectum reddetur, saltim quoad illam partem in
quâ instrumentum rasum est. Umm. *Disput.* 17. n. 52.
Procedit hoc, si illâ rasurâ totus chirographi sensus 8.
mutetur, non, si ex præcedentibus vel sequentibus
verbis, aut aliundè verificari possit, & si producens
probare paratus sit, errore & bonâ fide rasionem fa-
ctam esse.

Quid autem juris si chirographum planè amil- 9.
sum sit? Eo casu non intercidit obligatio, cum aliis
modis judici fides fieri potest. l. 4. ff. l. 1. l. 7. l. 10. l. 11.
C. d. fid. instr. Non enim ad substantiam contractûs chi-
rographum pertinet, sed ad rei gestæ fidem. Magnif.
& Generos. Dn. Godofred. de Jena in laudato Tr. sect.
1. aphor. 5. n. 25. §. 43. Magnif. Dn. Struv. Ex. 28. th.
34. Magnif. Dn. Brunnem. ad l. 1. C. d. fid. instr. Hinc 10.
si aliundè possit probari debitum, chirographi amis-
sio, ne minimum quidem nocet Creditori. l. 5. ff. d.
fid. instr. l. 17. C. d. pact. l. 19. C. d. R. V. l. 4. pr. C. comm.
dividund. Cogitur tamen Creditor probare amissio- 11.
nem. arg. l. 5. C. de pignorat. act. l. 5. C. d. fidejuss. Quod
præcedentibus bellicis tumultibus frequentè fieri 12.
solebat, & quidem duo probanda sunt. (1.) quidem
depopulatio, furtum, incendium & similia. (2.) ve-
rò hæc instrumenti contenta fuisse probandum est
duobus Testibus, licet instrumentum plures habuerit.

F

Ma.

3.
Amisio
instru-
menti

13. Magnif. Dn. Brunnem. *in Proc. Civ. c. 19. n. 18.* **Ju-**
ramento etiam Creditor amissionem probare potest.
14. Gail. *lib. 2. obs. 37. n. 1. 2.* Hinc utiliter facit Credi-
tor, si non confidat chirographo Debitoris, sed adhi-
beat Testes, qui videant actualem numerationem, ut
si usus veniat, actualem numerationem per Testes
probare possit, ut loquitur Schneidev. *Inst. d. Lit. ob-*
lig. n. 20.

CAP. VIII.

DE INFIRMATIONE
ET SUBLATIONE.

1. **I**nfirmatur Chirographum, si ei à Debitore oppona-
tur Exceptio Falsitatis.
2. Si debitor abrasiones, interlineaturas, diversita-
tem atramenti & similia redarguat, vel si in univer-
sum neget se scripsisse chirographum, & si testibus
attestetur, se toto illo tempore, quod in chirogra-
pho appositum est, alibi fuisse. §. II. *Inst. d. inutil. sti-*
pulat. l. 14. C. d. contrah. stipulat. vel si neget se sub-
scripsisse, itemque si Testes suas subscriptiones negent,
& dicant, sigilla ipsis insciis apposita esse. *c. 5. extr. d.*
3. *probat.* Atque ita chirographum hoc modo ran-
quam falsum rejicitur.
4. Deinde infirmari quoque potest chirographum,
si ei opponatur Exceptio solutionis.
5. Solutione enim factâ, sive per me sive per alium.
(Alius enim pro me solvendo me quoque liberat. *l. 1.*
§. pen. ff. d. exercit. act.) chirographum fit inane. *l. 27.*
pr. ff. d. furt. l. 18. ff. ad exhibend. l. 19. C. d. solut. & inef-
ficax.

3.
ficax, l. 2. C. de condict. ex lege. imò evanescit l. 26. C. locat. & evacuatur. l. 4. C. d. solut.

Solutio autem vel præsumitur vel probatur.

Præsumitur solutio si chirographum reperitur, non penes tertium, quia non solutionis, sed custodiae ergò ibi præsumitur depositum: sed penes ipsum debitorem. 6.

Præsumitur enim chirographum ob solutionem factam à Creditore Debitori redditum esse. Non enim est verisimile Creditorem chirographum restituisse, nisi ei fuisset satisfactum. Menoch. d. præsumt. lib. 1. qu. 18. n. 12. Verum hoc est, si Debitor probet à Creditore sibi redditum esse chirographum, licet chirographum cancellatum penes eum reperiatur, Chirographo enim existente penes debitorem, quid interest, an sit cancellatum, nec ne, quum sit in potestate debitoris ut cancellet, aut non. 7.

Carpz. p. 2. c. 29. d. 12. Deinde præsumitur etiam debiti solutio, si chirographum cancellatum reperiatur penes Creditorem. l. 24. ff. de probat. Carpz. d. l. n. 8. Cancellatio enim vim solutionis habet. l. 82. §. fin. ff. d. furt. l. 47. §. 1. ff. d. pact. 8.

Verum id est, si unum tantum exemplar chirographi apud creditorem reperiatur. Si enim plura exemplaria eundem tenorem & easdem subscriptiones & sigilla habentia possideat Creditor, tunc licet unum cancellet, non potest mox præsumi solutio. 9.

arg. l. fin. ff. d. his que in Testam. delent. vid. Hillig. ad Donell. lib. 25. cap. 7. lit. M.

Probatur solutio, non solum per Testes. l. 18. C. d. Testib. verum etiam per Apocham. l. fin. §. 2. ff. d. condict. indebit. l. 19. §. 1. ff. d. acceptilat. l. 19. C. d. fid. 10.



11. *instr. l. 14. C. d. solut.* Creditor enim debitori id
efflagitanti, non solum instrumentum debiti, solu-
tione factâ, restituere tenetur. *l. 2. C. d. condict. ex le-
ge. l. 3. C. d. condict. indeb. l. fin. C. ad exhibend. l. ult. C.
d. solut.* sed etiam Apocham conscribere, *l. 19. C. d.
fid. instr. arg. l. 1. C. d. Apoch. publ. l. 6. C. d. suscept. l. 4.
C. d. collat. fund. patrim.* (& sic eodem genere, quo
chirographum compositum est, dissolvitur. *l. 35. ff. d.
R. 7.*) in eademque Apochâ nomen debitoris & quan-
titatem pecuniæ solutæ exprimere cogitur. Uti-
12. lissimum enim est utrumque habere Debitorem, sci-
licet apocham seu Quietantiam, & restitutum
instrumentum debiti, quia confessio solutionis fa-
cilè amitti potest. Sicut etiam hodierni Practici
utrumque solent suadere. Magnif. Dn. Brunnem. *ad
l. 14. l. 15. C. d. solut.*

Et hæc quidem de chirographo nostro dicta
sufficiant. Tu CANDIDE LECTOR fac,
uti ne ob errores subindè forsan subnatos, rigidè ni-
mis luam, cum præcipui libri, qui materiam hanc
accuratè pertractârunt, me defecerint, nec eorum co-
pia hætenùs haberi potuit. Deinde respice quo-
que ætatem meam nondum satis provecctam, quæ
nescio cur hodiè tam vitio detur excitatoribus in-
geniis. Virtus omnibus patet, nulli clau-
sa est.

TANTUM.
IN HONOREM DEI TRIUNIUS.
Cui sit
LAUS, HONOR, ET GLORIA.

Lau-

3.
Laudat, AMICE, Tuas quivis commilito, laudat
Has de Chirographo PATRIA chara strophas.
Scandis enim Cathedram, scandis celeberrima Rostra
NOSTRÆ, quæ claret, quæ patet aura, SCHOLÆ.
Hinc Tibi donabunt venientia tempora honores,
Qui vitam dulcem reddere sæpè queunt.

B. c. c. f.

Christoph. Philip. Richter / D. Com.
P. C. P. P. & Fac. Jur. Ordinarius.

Excitat in studiis solers industria laudem,
Laus tribuit doctis præmia grata viris.
Sors eadem affulget TIBI, dum solertia mentis
Publicitùs dotes arguit ingenii.

Georgius Adamus Struve / D.

Per-Eximio atq; Eruditissimo

DOMINO RESPONDENTI

Themata perspicuè monstrant præsentia, magna
Quòd sint ingenii munera, AMICE, TUI.
Alma Trias faxit, RINGI, quò munera tanta
Ingenii adjiciant commoda multa TIBI.

ita vovet ex animo

Præses.

EN Tibi mellito chirographus ore Themistos
Scribitur, ut clarum nomen in orbe fiet.
Maeste animis RINGI, quem nobilitat sua Virtus,
Famaq; non ullis disjicienda modis.

Amico honorando

f.

M. Philip. Müllerus, Designatus
Eloquent. & Poës. Profess. in
Academ. Jenensi.

F 3

An.

A Nnulus, En! Sponsum & Sponsam connectit amore:
Jura solent aliosnectere chirographo,
Chirographum tractans THEMIDOS ceu Debitor esses,
ILLA subit thalimum; (CASTA PUELLA!) tuum.

Nobili DNO RINGIO, Fautori, Conterra
neo atq; Convictori suo honorando, de
Chirographo disputaturo, fausti ominus
ergo gratulabundus hac adposuit,

M. David Sipach/ Eccl. Jen. Diac.

Ad Humanissimum DN. RESPONDENTEM
Fautorem & commensalem honorandum,
publicè disputantem.

Augustinus Henricus Faschius, Med. Ddus.

I ncluta laus Themidos dum publica pulpita promptus
scandis & è cathedrâ verba diserta paras.

Macte tuo ingenio! spondet Themis ampla Regēia,
Signa hæc perpetua splendida laudis erunt.

I ngenii vires ostentas, auguror, ipsa
Se lateri junget sponsa Themista tuo.

Macte tuâ virtute! probat SALANA laborem,
Optima, perge, tibi SALA brabea dabit.

Pereximio ac Præstantissimo Dn. RESPON-
DENTI, erudita disputationis AUFORI,
Amico suo singularitèr honorando, cur-
rente crenâ ex animo gratulatur

Georg. Barthol. Petri. J.U. Cultor.

W iß hoch dem Gläubiger der Schuldman sey verpflcht.
Wann er zu mehrer Freu di Handschrift auffgericht.
Das zeigt uns/werther Freund/ Sein wolgesehtes Schreiben:
Drum wird di Themis Ihm den Purpur schuldig blei-
ben.

Mit diesen eilfärtigen Zellen solte den Hrn.
Anwörterden beehren

Johann Christian Hallman/ B.R.B.
Sic

Sic animus fervet doctrinae fervens aestu,
Sic rutilans flammis semper ad alta cupit.
Egregium moliris opus, dum talia praestas
Et Patriae multum Lucis, AMICE, dabis.
Hinc porro auxilio Deus adsit Flaminis, atque
Brega labore tuo, premia digna ferat.

Ita AMICUM fraternum singulariter dile-
ctum gratulab. affatur amicus sincerus

Martinus Beer. Brigâ Siles. S.S.
Theol. & Philos. Cultor.

ASTRAEAM revocas, terras quæ offensa reliquit,
Pœnitet; & SPONSO blandula SPONSA redit.
Chirographum scribis. PALLAS tibi credit. AMICO
Chirographum exaro; firmet AMICITIAM.

Ita

Solertissimo DN. AUTORI, contuberna-
li & commensali suo charissimo gratu-
lab. scribebat

Conrad. Henric. Mumperovve
Ex Schleibrügg Westphal.
J. U. Cult.

Wer Mayors Blütke liebt/und dencket hoch zu steigen
Durch des Gradivus Gunst: der such't Bellonen Heil.
Durch Stahl und Tapferkeit wil Er sein Thun bezeugen/
Und macht den Parcen oft sein Leben ziemlich feil.
Wol aber dem/ der stets auff Pallas Thun beflissen
Der sich durch weise Riehl unsterblich hat gemacht/
Wol dem/ auff welchen sich der Themis Bäch' ergissen/
Der hat mit höh'rem Ruhm Bellonen Gunst verlacht.
Drumb recht/ viel werther Freund/ daß du dich ist vermählet
Mit Themis edler Huld in deiner zarten Zeit:
Zu ihrem werthen Sohn / Sie dich schon ist erwehlet /
Und deinem steren Fleiß ein Ehren-Lob bereitt.
Morbon hielt unlängst dich in Banden fest gebunden/
Du aber fester bleibst bey deiner Themis steh'n/

Dein

Dein steter Fleiß wick' nicht bey solchen bösen Stunden/
Damit du meinstest Ihr recht an die Hand zu geh'n.
Durch sie zeigstu / wie hoch der Schuldner sey verpflichtet
Dem Gläubiger ; wie auch mit seiner eignen Hand
Die vorgemachte Schuld / ihm recht werd' eingerichtet/
Daß er sie brauchen mög' für ein gewisses Pfand.
So fahre ferner fort / laß deinen Fleiß nicht schwinden/
Daß dein noch Junges Haupt empfangen bald den Lohn !
Dem PIASTÆR Prinz wirstu dich höchst verbinden.
Geh' hin empfang zum Gold die Purpur Ehren-Kron.
Glückwünschend schreibe dieses seinem Hertzens-ver-
trautesten Freunde und Herrn Brudern/
Urhebern dieses Wolgesetzten
George Herman / von Brieg aus
Schlesien / D. R. B.

Sonnet.

Wie! sol ein blasser Stern die Sonnen Wand bestraalen?
Wenn zih't der Demant Plitz aus rauchichtem Metall?
Die Perlen glänzen nicht von wärrichtem Christall/
Wenn Gott und die Natur nicht derer Silber mahlen.
Wie/ daß Herr King jetzt wil mit meinem Schatten prahlen/
Der keine Wirkung hat? dem ein entfernter Schall/
Und leichte Temmerung dreut Untergang und Fall.
Da hoher Fürsten Gunst Ihm wil die Müß' bezahlen.
Selbst Themis ist erfreut: daß Er sie Schwester heist:
Daß er der Göttin Schluß auff diesen Blättern weiß.
Was ist der Schönheit nun geborgte Schmincke nütze/
Und Zeugnisse der Kunst? Weil ein entbranter Geist /
Den weder Ost noch West in seinen Zirkel schleust/
Schaut sein geprägtes Lob/ auf keinem ird'schen Sitze.
Mit diesen wenigen in Eil auffgesetzten
Zeilen solte seinen Hochschätzba-
ren Freund verehren
Johann Caspar / von Nimptsch
aus Schlesien. D. R. B.
FINIS.



ULB Halle
002 725 983


3




ST

VD 77







B.I.G.

Farbkarte #13

G. J. num. 4. 176

JURIDICA *1665, 38*

RAPHO, *26*

adspirante
collegio adprobante
SALANA

NTE
PLISSIMO, CONSUL
CELLENTISSIMO

FRIDERICO

Witterstadt / Jcto &
liario Saxon. gravissimo,
z Facultat. Jurid. Adses-
ssimo.

o ævirerno observantia
evenerando.
amini submitter

R
egfried Ring/
ef.
TORUM
DC. LXV.

WERTHERL

